



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis
... Opera Omnia**

**Covarrubias y Leyva, Diego de
Antverpiae, 1610**

De Eleemosynis clericorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96556](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96556)

ta, contrarium teneat in l. ex hoc iure. ff. de iustitia & iure. glof. in d. §. confilium. Bart. & Dd. in d. l. cū quis. Bar. in l. si testamentum. §. i. ff. de iudic. & Dd. in l. si non fortem. §. libertus. ff. de condit. indeb. per text. 34. bi. qui probat, libertum repetere nō posse operas officiales & obsequiales, quas patrono præstitit, credens ipsum ad id teneri: posse tamen repetere fabriles operas eodem errore præstitas. Ille verò text. potius probat primam opinionem: quia operæ officiales & obsequiales renunciationem præ se ferant, attento iure civili: non fabriles.

35 Sunt etiam qui alium huiusce remunerationis effectum comminiscantur, præmissa Regia lege, que permittit parentibus tertiam & quintam bonorum partem, cui velint ex filius donare aut relinquere, præter eam partem, quæ ei iure æqualis diuisionis inter filios faciendæ competit: existimant enim donationem remuneratorem à patre filio factam, vt æs alienum, ante alia deducendam esse: nec imputandum fore in tertiam & quintam bonorum partem. Ioan. Lupi in rub. de donat. inter vir. & vx. §. 50. num. 12. Didacus à Segura in l. coheredi. §. cum filia. ff. de vulg. fallent. 16. Dicamus à Castel. in proæmio Taurinae sanctionis. verbo. gratia. quibus adtipulari videtur l. rianus. §. si quid in fraud. patro. dicens, viuis libertus bene merentibus amicis donare potest; legare verò non potest, quo patroni partem minuat. Ergo ex donatione remuneratoria si cut potest minui patroni portio legitima, ita & filiorum: cum hæc portiones sint similes. l. vlt. col. 2. & ibi Dd. Iaf. in auth. nouissima. eod. tit. col. 2. Huic verò effectui minimè cōsentio: quippe qui satis compertum habeam donationem remuneratorem à patre filio factam, aliorum filiorum legitimam portionem minimè posse diminuere, neque vt æs alienum deducendam esse, sed in legitimam donatarij portionem imputandam, atque in his regnis in tertiam & quintam bonorum partem. ex gl. quam expressim approbant præter alios Paul. & Iaf. col. 3. in auth. vnde si parens. C. de inoff. testam. Pulchre Aymon Sau. conf. 165. col. 2. alioqui possent facillimè filij portionem legitimam priuari. Nec oberit d. l. viuis. quia loquitur quo ad portionem legitimam patrono debitam. Bal. in l. 2. oppo. 4. C. de inoff. donatio. est enim minori prædita priuilegio, quam portio filijs ex lege competens: sicuti adnotauit Iaf. in l. eum qui. C. de inoff. testam. vbi argumentationem à legitima portione patroni, ad portionem filiorum non omnino procedere, optime asserit. Id verò, quod Iurisconsultus in d. l. viuis. de legatis dixit, vt ea minimè patroni partem diminuunt, etiã benemerentibus relicta, ideo procedit, quod legata ab hæreditibus præstata sunt, ad quos isthęc obligatio remunerationis vt æs alienum non transit. Bart. in l. ambitiosa. col. 2. ff. de decretis ab ordi. faci. Possent tamen hic effectus admitti, quando ministeria, opere, beneficia, ob que remuneratoria donatio fit, eius essent conditionis, vt in iudicio pater conueniri posset ad remunerationem: quod in specie Aymon. in d. conf. respondet.

38 Eadem remunerandi obligatione perpensa, potest dari intellectus ad Regiam l. 4. tit. 4. lib. 5. ord. qua cauetur, donationem ab extraneo alteri coniugum factam ex iure Regio non esse vtrique coniugi communem, vt locum habeat in simplici donatione, non tamen in remuneratoria: ea etenim inter virum & vxorem diuidenda erit. Rodericus Zuares in l. 1. tit. de acquisitis. lib. 3. Fori. limitatione 3. quia hæc non est proprie donatio. Nec tamen hic tractamus de donatione, que castrensis est, aut quasi castrensis: siquidem in hac manifestè distinguit d. Regia lex.

EXCAPITE AD HÆC.

SYMMA RIV M.

Clericus agrotus an donare possit redditus ecclesie, & vna & communis ratio huius decisionis.

CAPVT VIII.

De Eleemosynis clericorum.

Hætenus in præcedentis capituli interpretatione satis hunc text. explicuimus, & ideo nihil immorabimur: obicit tamen gloss. aduersus eius decisionem illud in iure manifestum. Quod vna via prohibetur, alia permitti nō debet. Cur igitur permittitur clericis titulo eleemosynæ, in æs alienum ad mortem moderatè donare redditus ecclesie, cū eis prohibetur testamenti iure idem facere? Est tamen præcedens regula iuris intelligenda, quando quid prohibetur attento effectu: nam si in vno modo vetitum est, alio permitti non debet. Hæc verò decisio est intelligenda, vbi prohibetur attento mortis effectu. Non enim oportet

ret nec decet concedi clerico à iure licentiam testandi de redditibus, quos ab ecclesia perceperat: quia disponderet ac distribueret bona illa in tēpus: quo nec verè nec fidè eorū dominus futurus est, nec etiam dispensator, quippe qui bona illa nō possideat, vt propria, sed tanquam aliena, iure per eius obitum extinguendo, nec ad eius hæredem transfituro. ita Anchar. Abb. Imol. & Dd. hic. & licet in ægritudine facta horum bonorum distributio possit videri in fraudem ecclesie, ex cap. 2. de renunciatio. in 6. gloss. in cap. de his. de sepultur. & in c. Raynuius verbo, deducendus isto tit. & Reg. 18. Cancel. tamè attento huius constitutionis moderamine, his & aliis cautelis occurratur: quid autem Regia partitarum lex in huius capituli intellectum explicuerit, constat ex l. vlt. m. titul. 21. part. 1.

EXCAPITE QVIA NOS.

SYMMA RIV A.

- 1 Peculium, quod in ceteris filiisfamilias est aduentitium, in clericis filiisfamilias erit castrense vel quasi castrense.
- 2 Vfusfructus bonorum, que filiisfamilias clerico acquiruntur, patri non cōpetit.
- 3 Clerici in minoribus ordinibus constituti eodem iure censentur.
- 4 Prima iuramenta an sit oratio.
- 5 Filiisfamilias an fiat liber à patris potestate per sacerdotium, aut Episcopalem dignitatem.
- 6 Cardinalatus filiisfamilias liberat illum à patria potestate.
- 7 Testamentum clerici an possit rumpi ex causa præteritionis vel exheredationis.
- 8 Militis testamentum an sit liberum à querela, & iure dicendi nullum.
- 9 Correctio iuris non est admittenda, nisi expressè facta sit.
- 10 Legittima ex clericis bonis à patre & fratribus peti potest.

CAPVT IX.

De peculio clericorum.

EX hac decisione colligitur clericum proprio testamento posse distribuere, & cui voluerit relinquere bona, quæ vel à consanguineis vel ex propria industria acquirit, quod tractamus in cap. 1. huius tituli. num. 13. Subdit tamen hic Bernard. clericum in his bonis, quæ ex redditibus Ecclesie acquisiuit, parem esse filiofamilias, qui testari non potest, nisi de castrensi & quasi castrensi peculio, quasi velit bona ista ceteri aduentitia aut profectitia: ea verò quæ aliunde quæ ex ecclesia habuerit, esse castrensia, vel quasi castrensia: quæ similitudinem aptat eleganter Cardin. consil. 79. col. 1. Peculium ergo, quod in alijs filiisfamilias est aduentitium, est in clericis filiisfamilias castrense, vel quasi castrense, vnde cumque clericis filiisfamilias bona aduenerint. Innoc. Hostien. Card. Anton. Imol. Anch. Abb. & Barba. hic, colum. 2. text. in l. sacrosancta, & in auth. presbyteros. C. de episc. & cler. Paul. Cast. post alios in d. l. sacrosancta. Regia l. 3. tit. 20. part. 1. quæ idem dicit de bonis, quæ pater donauit filio existenti in patria potestate, clerico tamen; quod ipse intelligerem in donatione facta prætextu militie clericalis. Poterit ergo clericus de huius bonis testari, sicuti Dd. idem fatentur. [Hac etiam ratione castrensis vel quasi castrensis nomine peculii in his clericorum bonis, iuris canonici possessores vsi sunt, profectitium appellantes peculium ea bona, quæ clericus intuitu Ecclesie acquisiuit, quod Card. post alios d. consil. 79. expressim docet: & quamuis Regia lex profectitio nomine retento huic distinctioni consentiat, castrensis peculij appellatione omnia, quod Card. & alij castrense vel quasi castrense peculium hac in re appellent, aduentitii nomine dubio procul significauit.]

¶ Neque horum bonorum vsusfructus patri quæritur, sed integer proprietati adhæret, siue sint bona quæ sita occasione militie clericalis, siue ex alio titulo, quidquid dixerit Iacob. Butr. in d. l. sacrosancta. contrariū asserens in his vltimis bonis: huius tamen opinio aduersus communem est, & apertissimè reprobatur per text. in d. auth. presbyteros. quem ad id dixit singul. esse Roderic. Zuar. in quest. Maioratus. fol. vlt. col. 1. post Paul. Castr. in d. l. sacrosancta. & Io. Lupi. in rub. de donat. §. 42. nu. 7. In his verò bonis, quæ antequam fieret clericus filius habuit, pater vsusfructum habet, neque per testamentum filij sit in tali vsusfructu patri præiudicium. Deci. in c. presentia. num. 64. de probat. Salyc. & Faber. in auth. ingressi. C. de sacrosan. eccles. Roderic. Zuar. in d. fol. vlt. & Ioan. Lupi. in d. §. 42. num. 13. Abb. in c. constitutus. de integ. restit. licet ipse in d. c. in presentia. num. 56. dubius tamen, contrarium asserat.

¶ Id autem, quod modò diximus, bonum à clericis etiam filijs familias acquisita quocunque iure post ordinem assumptum ceteri castrensia, vel quasi, locum habet etiã in clericis minoribus præditis ordinibus, quod hic fatetur omnes, Ioannes Lupi, Decius, & alij. Iulio autè citati. Quin idè

erit